~~1659~~
1654

V. N. Constantino Hugenio Equiti &c.
S. P. D.
Isaacus Gruterus

'S RYKS ARCHIEF

Vir Nobilissime

Quid libri sit, et quibus industria laudibus attollendi, Naturalis Historia, cui Verulamius inscribitur Author, vix cuiquam reor esse perspectius quam tibi, exquisitae in eo genere supellectilis et lectionis curioso. Ista experimentorum sylva populari diu est [?] Anglico tantum sermone circumferri solita, nuper quoque Latinis auditoribus oblata a fratre meo, cui nunc inter beatos locus. Sed festinatis hinc ob causam non unam impellente typographo labor in tanta argumenti late diffusi difficultate, et interpretis aetas, varie luctata cum studiorum suorum angustiis ut se extricaret, admiserunt non pauca, secundis curis castiganda. Illas serio [?] aggressus est Germanus meus, et ante mortem absolvit, transiitque post ad me emendatum exemplar, lituris passim durum sui exactores censoresque arguentibus. Cum vero alteram editionem meditetur typographus, et primam recensitam, quae penes me est, petierit avide, feminandum [?] putavi, donec consultis hinc inde lectoribus, doctum, quae ibi aguntur, accurate gnaris, expiscer judicia, et forte notas, quae et quomodo corrigenda videantur, conferendas cum fratris ipse animadversionibus, ut tanto accuratius prodeat opus argumenti in utraque novaque late excurrentis, saepe latinitate penitus feliciter instructae lacessentia, et ad silentium redactura. Is liber si unquam tibi fuit in manibus, et, cum nihil non habeat tuae Minervae propriumque cognitu, observata sint quae minus vero fulto talo ambulant (in experimentis praesertim Musicam et plantas spectantibus, ubi verior mihi facta est medela omni ex parte gratis) opem ferre posse limae tam nitidae emendationibus, in reip. literariae commodum, cum ea, qua par est, grati animi testificatione, redundaturis. Si vero egredi videor limites modestae spei, aut illectus tibi Romana lingua liber est, quod designo, veniam hoc quicquid est interpellationis tribui nostro, in studiis viditur, etiamque per nos hic juvanda, affectui. Vale. [struck] Trajecti ad Mosam. 20. Maii. 1659. Ik woone hier ten huijse van Jacob van der Heudrick secretaris van den Drost van Valkenburg tegen over de fransche kerk.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.
BPL 2212
© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5353

Nobiliſſimo Viro
Conſtantino Hugenio Equiti
Zuilichemi &c. Domino

amica manu

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5353